

Ubi gratia deest vires deficiunt.

Hieron.

Ad presentiam Christi carnales voluptates deficiunt. Philipp. 3.

47. D. Gaudent.

Dum Spiritus sancti bona desunt deest suavitatis.

48. Car. Aurel. Isai. 5.

Emissen.

In Iudaeis defecit fructus & scriptura.

S. Thom.

Psal. 103.

Cantic. 5.

49. Callian.

In vasis temporibus non est laetitia.

Thren. 1.

Septuag.

Rupert.

fecerat vinum. Tam subitaneus vini defectus soli ascribitur carentiae gratiae; ubi enim haec dispareret, esse non potest vinum, quo anima hominifque vires confortentur; ac adeo huic Maria subvenit defectui, quae sola huiusmodi indigentiae succurrere valet. Tertio D. Hieronym. apud Albert. Magn. Hoc congruum est, quia ubi Deus invitatur, vinum temporalis iucunditatis deficere debet. Ubi Christus habitat, ibi deficit vinum carnalis iucunditatis, & voluptatis. Ita ait Paulus ad Philipp. 3. n. 8. Existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu-CHRISTI Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, & inveniar in illo.

Quarto D. Gaudentius tract. in Evang. Quod autem dicit, quia consummatum erat vinum nuptiarum, non absolute dixit, ut tu credas, his forsitan defecisse, quibus adhuc datum non fuerat. Per vinum nuptiale intelligit S. Pater, ut ipse infra se explicat, Spiritus sancti dona: haec autem eis deficiunt, qui suavitatem eius adhuc non gustarunt; nam si gustaverint, inebriabuntur ab ubertate domus Dei, ita ut nihil aliud desiderent, atque affectent.

Quinto Caesar Arelatens. homil. 8. in verba quadam Corinthi. Vinum, ait, deficiebat, quia vinea fructum negabat, de qua dicitur Isai. 5. Expectavit, ut faceret uvas, fecit autem spinas. Item ferè Eusebius Emislenus homil. 2. de Epiphani.

Vinea Domini erat domus Israel, haec autem à Domino decedens fructum suum, quod erat vinum, Domino negabat Eusebius citatus etiam per vinum multis locis sacrarum Scripturarum salubritatem atque virtutem, ait significari, quo affectus fidelium incalcescit, quod in Iudaeis jam deficiebat, Sexto S. Thom. Ante Incarnationem Christi triplex vinum deficiebat, scilicet iustitiae, sapientiae, & charitatis: Vinum enim mordicat, & quantum ad hoc iustitia dicitur, Luc. 10. Samaritanus vinum & oleum opposuit vulneribus sauciati, id est, cum dulcedine misericordiae severitatem iustitiae. Vinum etiam latifecat cor hominis, Pl. 103, & non habet amaritudinem convictus illius, quod est sapientiae ut dicitur Sap. 8. n. 16. Vinum similiter inebriat Cantic. 5. Bibite amici, & inebriamini charissimi, & secundum hoc charitas dicitur, Et quia haec tria à Iudaeis recesserant, ideo vinum deficiebat.

Septimo Simon Cassianus lib. 5. cap. 1. Vinum non habent nuptiae, vel convivae: quia non habent unde laetentur, &c. verè omnes in hac vita degentes non habent unde gaudeant, sed unde tristitia satientur. Panalitariis corporis subiecti sumus, mors certissima, & undique mala visibilia, & invisibilia se ipsa conglomerantur. Erant convivae maxime laetantes, defecit vinum, quia à rebus temporalibus semper transmigratur laetitia, & apparet in eis confusio, & tristitia. Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer non habens consolatorem. Threnor, num. 9. seu ut legant Septuaginta: Immunditia ejus ante pedes ejus, non est recordata novissimorum suorum. Ecce civitas iucunditatis in lectu, & planctu sedens. Quenam huius rei causa? Sordes in pedibus ejus: Quia tradidit se terrenis cupiditatibus, avertens faciem suam à cognitione novissimorum, ideo in ea nullum gaudium, sed tantum moeror, & tristitia Rupert. lib. 1. in Hierem.

cap. 1. Sordes ejus in pedibus ejus. Cujus ejus? Domina gentium inclina & provinciarum. Qua recordari debuisse finis sui, ut terram sordidam non tangeret pedibus, non ambiret terrena affectu cupiditatis. Non sic fecit, non sic recordata est finis sui, sed deposita est vehementer, non habens consolatorem. Ubi terrenis delectationibus se illaqueavit, statim expers facta est omnis iucunditatis, & consolationis.

QUESTIO XIII.

Quare virgo hic proponit tantum vini defectum, & non petit miraculum.

SANCTISSIMA Deipara miraculum desiderabat, non ex affectu alicujus gloriolae, ut aliqui falsò dixerant; sed ex affectu manifestationis filij sui: & ut praesenti necessitati auxiliaretur; solum necessitatem proponit, Vinum non habent; & miraculum non petit. Respondet primò Albertus Magnus: Non dicit virgo, ait, Da eis vinum, ut reverentiam servet filio, & in liberalitate filij, & misericordia spem ponens, tum filio tantum defectum petit. Ut cum modestia loqueretur; ideo Virgo imperium declinat in verbis, ne majorem in se, quam in filio misericordiam esse videretur, ideo miraculum non petit, sed defectum tantum proponit.

Secundò, D. Bernard. ferm. 46. super Cantica: Vinum, ait, non habent; non precatur Dominum, non imperat filio, defectum vini tantum nuntiasset contenta cum beneficiis, & ad liberalitatem propensis ita est agendum; non enim gratia violenter exprimitur, sed proponenda occasio. Docet quomodo cum magnifico principe sit agendum, cui fact est praesentem necessitatem indicare. Tertio Divus Bonaventura hic: Amanti fact est insinuare, Verecundia amoris est, si amans precibus ab eo aliquid exquirat. Quarto Haymon in homil. B. Mariae, ait, Prophetissa erat, sciebat enim, quod Dominus ad hoc venerat ad convivium illud nuptiarum, ut miraculum non faceret ibi convertendo aquam in vinum, & ideo ait: Vinum non habent, ac si diceret: ad hoc venisti ad nuptias, ut miraculum ibi facias, quid moraris? fac civis, quod facturus es, ut manifestetur gloria tua.

Quintò Carthusianus, Perro, ait, cum prudentissima esset Virgo, paucissimis usque verbis & in voluntate filij ac Domini sui relinquens quid agere velle: quo docetur causam, & indigentiam nostram superioribus nostris simpliciter, atque modestè insinuare, & in eorum pietate, quid faciendum sit, relinquere. Perfectissimum nobis obedientiae Virgo praebet exemplum. Dilectissimo filio suo necessitatem tantum representat, quid verò sit agendum, modestè ejus submittit voluntati, & nihil precibus extorquere conatur. Deinde ut prudentissima oratione brevi rem totam proposuit.

Sextò Goffridus Abbas ferm. 8. de B. Virgine, sic ait: Vno deficiente dixit mater Jesu ad Jesum, Vinum non habent; ac si praeciperet, ut ipse faceret, quod qui non habebant vinum, haberent. Privilegio matris loquitur Virgo ad filium, & dum dicit, vinum deficere, miraculum fieri insinuat, cum orationi, ac voci Mariae nihil denegetur venia t

50. Alb. Mago.

51. Bern.

52. Liberali se est necessitatem agnosceret.

53. Goffr.

54. Virgo dum orat, praecipit, ac obsecrat.

Cant. 8.

Goffrid.

Psal. 44.

Hugo.

Virgo donavit clavigerò. Bernard.

54. Cajetan.

Euthym.

Gratam se exhibet Virgo.

Bernard.

Veniat iterum locus supra datus: Quae habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam, Cantic. 8. num. 13. Ubi tenet communis sententia Patrum, verba esse dicta à Christo ad soam sponsam, quae in amicitate erat hortifque virtutum omnium. Sed cur tantum ait: Amici auscultant; seu, ut alij legunt, & jam dixi: Amici spectant; ut sonet vox tua in auribus meis; ut scilicet, ego audiam vocem tuam? Cur non potius ait: Amici spectant, ut eis multa impetres? sed tantum vocem tuam erga me proferas, ut mihi loquaris? Optimè sancti. Idem enim est, quod vox Mariae in auribus Christi sonet, eique loquatur; ac quod omnibus impetret, omnibus obtineat. Eleganter citatus Goffridus sic ait: Ceteri quidem sancti Dominum Deum orant, & orando imperant; sed honorabilis Virgo Maria, si illum ex eo quod Deus, & Dominus est, exorare merito creditur; ex eo tamen, quod homo est, & natus ex ea, quasi quondam matris imperia apud ipsum impetrare, quidquid voluerit, pia fiducia non dubitatur. Cum sanctissima Maria Virgo ad supremum majestatis thronum evehere- tur; de ipsa ait Regi s. Vates Psal. 44. n. 10. Aspice Regina à dextris tuis in vestitu aurato; quae verba, ut ait Cardinalis Hugo significant paratum nobis à Virgine patrocinium. Sed si Virgo tanto virtutum ac meritum oratione in nostrum auxilium ad filium accessit, valde mirum, quod Palmographus non explicat, quae ab illa fuerint obtenta; sed omnia silentio involvit Divina dispositione factum est, nam in eo, quod dicitur, quod ipsa stetit, ac pro nobis ad filium accessit, cumulatiflime omnia nobis esse concessa, dataque explicatur; ipsa enim omnium est clavigera caelestium donorum. Accipe Divum Bernardum ad nostrum textum fermone 4. super Salve Regina: Vocem tuam, ait, audivimus in Evangelio, d. Domina verum, ad filium, Vinum non habent; nec surra nobis est: accessit vinum in cadis nostris, vinum scilicet laetificans cor hominis, Vinum quarimus, quod germinat virgines, haurum pincerna tu; calix in manu tua vini meri: in manu tua, in potestate tua vini meri, amoris divini.

QUESTIO XIV.

Quare virgo vini defectum filio suo, non rogata proponit?

Virgo non rogata loquitur pro convivantibus. Ex quo, ait Cajetan, constare, quod ad Virginem spectabant invitantes, quotum ex vini defectu verecundiam evitare voluit. Secundo ait Euthymius: Maria deprecata est filium pro deficientis vini miraculo: his qui vocaverant, gratiam volens rependere. Sanctissima Deipara, ut se benigno invitantium affectu maxime gratulabundam exhiberet, eorum inopiam miraculo intendit recompensare. Tertio Divus Bernardus fermone 2. de Dominica post Epiphani. Quoties, inquit mihi necesse est exorare matrem misericordiae, ut suggerat suo benignissimo filio, quoniam vinum non habent. Et ipsa si pie à nobis pulsata fuerit, non deerit necessitati nostra, quoniam misericors est, & mater misericors. Sylveira in Evang. Tom. II.

die. Nam si compassa est verecundia illorum, à quibus fuerat invitata, multo magis compatietur nobis, si pie fuerit invocata. Pro illis loquitur, ut devotis suis fiduciam daret, illa enim, si pro temporalis necessitate sollicitudinem tantam, curamque non rogata impendit, quid faciet nunc, & nostris precibus provocata, & nos videns majori necessitate oppressos. Quinto declaratur hic eximia Virginis charitas; quae à nemine rogata pro aliorum necessitatibus se ingerit, ad filiumque pro his auxiliandis libentissimè accurrit: nulla namque major charitas, quam illa quae subvenit non invocata; & hanc in Virginis charitate excellentiam optimè explicat consilium Basiliense sess. 42. de Visitatione agens: In ejus commemoratione, inquit, quibus tribulati sum, Mariam imploravi, quae gaudiorum huiusmodi memor, ut sperandum est, non solum supplicantes exaudiet; sed, sicut ex sua clementia consuevit, etiam supplicare volentium preces praeveniet.

QUESTIO XV.

Quare Virgo vini defectum filio suo tantum, & non alteri manifestat?

Virgo filio suo tantum dixit, Vinum non habent. Inò, ut notat D. Bonaventura, hoc ei insinuavit, nescientibus aliis, quia eximia ejus charitas amicorum defectum occultare, & aperire volebat; & ideo non invitantibus, non ministris pauperibus; sed filio suo soli vini defectum proponit, ille enim solum poterat praesentem penuriam sublevare. Necessitatem exponere potènti adhibere remedium, zelus ferventissimus est: at eam declarare non valenti subvenire, est mutuationis species. Cum impia Jezabel parentem Eliam vellet occidere, fugiens hic sub umbra unjus juniperi obdormivit, quem excitans Angelus Domini praecipit, ut ambularet usque ad montem; 3. Regum 19. num. 5. Cui Elias obediens ne verbum respondit, viam arripit, visione Domini fruitur, cui loquens Elias ait: Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt patrum tuum filii Israel: altaria tua destruxerunt: Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & querunt animam meam, ut auferant eam; citato cap. 19. num. 14. valde mirum, quod Elias, non Angelo, sed Deo tantum huiusmodi quarimonias, ac scelera Israel minutim promat. Sanctus Propheta conquerebatur, remedium quaerens, & exoptans; cum autem Angelus nullum posset apponere, nec verbum tale ei dixit Elias, si enim Angeli subvenire non valent, apud eos non sunt excitandae quarimonias. Deo autem totum est aperiendum (ut exemplo suo Elias nos instruit,) qui huiusmodi mala sublevare, in meliusque potest mutare. Abulensis quatit. 3. Ponit Elias, scilicet Deo motum suum veniens in montem Sinai, scilicet quod propter zelum legis Dei Jezabel persequebatur cum usque ad mortem. Causam suam, non Angelo, sed Deo tantum exponit.



Ioannis 2. n. 5. Et dixit ei Jesus: Quid mihi & tibi est mulier: nondum venit hora mea.

VERSIONES.

- Syriacus. Quid mihi, & tibi mulier: nondum, &c.
D. Epiphanius. Quid mihi, & tibi curae res. 51. est mulier?
D. Iustinus Mart. Quid mihi, & tibi rei est tyr. 9. 136. mulier?
Vatablus. Quid mihi rei tecum est mulier?
D. Gregorius Nyss. Quid mihi tecum est mulier? An nondum venit hora mea?

EXPOSITIO.

AD Virginis verba Christus respondet: Quid mihi, & tibi est mulier? Christus Virgini ita severe alloquitur, eam veluti Matrem non agnoscens, non propter ipsam, cum Virginis actiones a Spiritu sancto dirigerentur, sed ut circumstantes, nosque omnes instrueret quod in his, quae Dei Patris, atque ministerij Evangelij sunt, non aliquis affectus humanus, sed Deus solus respiciendus sit. Quid ergo mihi & tibi in hoc opere, quod non carnis, & sanguinis impulsu, sed tantum sincero Dei obsequio est faciendum. Nondum venit hora mea, scilicet tempus praefinitum aeterni Parentis decreto ad hoc edendum miraculum. Nondum venit hora mea. Verbum magno Sacramento plenum. Nam ut ait Toletus, verbum est potestatis divinae, quia ut Dominus, & conditor temporum, eligere potuit quae voluit; nemo autem hominum certam suam habet horam. Verbum est providentiae, quia ab aeterno praevit, & disposuit, quae fecit in carne. Verbum est sapientiae, quia convenientia suis quaeque finibus operum eligit tempora. Verbum est misericordiae, quia post ulatum non denegat, sed subveniendi spem praestat. Verbum reverentiae, quia Matrem honoravit; dum ejus preces ad opportunum tempus exaudiendas acceptat. Verbum instructionis, & obedientiae, quia omnia ex divino consilio, & voluntate se facere, docuit.

QUESTIO XVI.

Quare Christus Dominus Virgini dixerit: Quid mihi & tibi? Rationem litteralem inquiri.

57. August. Verba haec, ut ait D. Aug. tract. in Joan, aliquod sacramentum occultum in se habent. Certi inquit, Sacramenti gratia videtur, Matrem, de qua sponsus processit, non agnoscere, & dicere illi: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Hoc Sacramentum in his verbis latens, est latius perscrutandum. Ad quod varias

sententias ex Catholicis referamus. De erroribus Haereticorum quaestione sequenti.

Primo sunt, qui volunt, haec verba a Christo dicta esse per modum cujusdam objuracionis, ac reprehensionis. D. Athanasius, contra Arian, quamvis nullam objuracionis causam apponat. D. August. lib. 5. de symbolo ad Cavech. 6. D. Gregorius Nyssenus orat. ad verba Apostoli: Tunc erit & ipse subjectus. Titelman, Et dicunt, motivum esse quia Virgo sibi persuaserat, jure maternitatis id filio posse praecipere. Chrysostr. homil. 20. asserit, verba haec, quandam adversus matrem indignationem continere, quia intempestive pe-tebatur miraculum, vel quia aliquo vanae gloriae ducebatur affectu. Nulla ex his admittenda est sententia, habita venia a tantis Patribus. Nam in primis Virginis verba, non per modum impetrantis, sed deprecantis dicta fuerunt, ut asserunt idem August. tract. 8. in Joan. D. Gaud. tract. 2. D. Hilar. 3. de Trinitate, D. Cyril. l. b. 2. in Joan. c. 23. D. Ambr. in Psal. 118. serm. 16. Virgo enim solum proposuit, & dixit, Vinum non habemus, rogare autem ad Dominum, sanctorum, & iustum est. Et quomodo in ea, quae se ancillam fatebatur, & in cujus mente nulla falsa existimatio, imperij elatio esse poterat? ut dixi tom. 1. lib. 2. c. 10. Nec fuit intempestiva oratio ejus, ut dicebat Chrysostr. illa enim tempus non determinavit, & Christus paulo post miraculum est operatus: & esto determinaret, oratio reprehensionis digna non erat; illa namque articulum ex divino decreto constitutum scire, non tenebatur. Tandem vanae gloriae affectus in ea minime fuit, quia hoc erit peccatum saltem veniale, quod de fide est, in Virgine non dari Concil. Trid. sess. 6. can. 23. Et Virgo, ut patet ex toto Evangelio, valde humilis erat, oratioque Deo fuit valde grata; nam Christus rationem dedit, ob quam non statim faciebat, & postea fecit. Et ideo bene ait D. Thom. 3. p. 9. 27. art. 4. ad 3. Quod Chrysostr. excelsit in dicto; benigne tamen est explicandus, quod Dominus scilicet inordinatum inanis gloriae motum cohibuerit, non quoad Virginem, sed quia ob alias matres a circumstantibus praesumi existimarique poterat.

Secundo explicant alij, Quid mihi, & tibi? Id est. Quid ad me, ac ad te, haec vini penuria attinet? de hoc defectu providere, non ad invitatos, sed ad invitantes spectat; a nobis autem, quae alieni muneris, non sunt facienda. Ita D. Epiphanius, haes. 51. D. Iustinus Martyr. 9. 136. respons. Euthymius, Carthusian. Cajetan. Tolet. annot. 6. in fin. Haec tamen locutio mihi & tibi, non conjunctionem, sed potius disjunctionem ex multiplici Scripturae loco significat. Vidua dixit Eliae 3. Reg. 17. n. 18. Quid mihi, & tibi vir Dei? ingressus es ad me, ut interficeres filium meum. David filius Sarviae 2. Reg. 16. n. 10. 4. Reg. 6. n. 19. Quid tibi & paci? Demones Christo Domino dixerunt Marc. 5. n. 7. Quid mihi, & tibi filii Dei altissimi. In quibus locis, mihi, & tibi, significat, nihil rei mihi tecum est: vel, mihi, & tibi nihil est commune. Et locutio illa germane vertitur: Quid mihi tecum est?

Tertio aliqui docti viri apud Salmeironem lib. 6. tract. 6. (in qua sententia est etiam Joannes Bapt. Novatus de Emin. Virg. tom. 1. c. 17. s. Dico secundo) putant, hoc legendum esse per modum admirationis: Quid mihi & tibi mulier? id est quae

58. Athanas. August. Nyssen. Titelman. Chrysostr. August. Gaudent. Hilar. Cyril. Ambr.

Trident. D. Thom.

59. Epiph. Iust. Mart. Euthym. Carthuf. Cajetan. Tolet.

3. Reg. 17. 2. Reg. 16. 4. Reg. 9. Marc. 5.

60. Salmeiron. Novatus.

Vini habet oratio Virginis.

61. August. Greg. Magn. Richard. Emilian. Ant. Vlysi. Beda. Haymon Albert. Mag. D. Thom. Quarta D. Augustinus tractat. 8. in Joannem; Divus Gregorius Magnus lib. 8. epist. 42. Richardus de laudibus Virginis, cap. 19. Eusebius Emilianus, & Divus Antonius Ulyssipon, in 2. Domin. post Epiphanius. hic Beda Haymon, Albertus Magnus, Sanctus Thomas, qui omnes docent, quod, cum in Christo Domino duplex esset natura, humana, & divina; ex humana, quae erat a Matre, infirmitatem; ex divina, quae a Patre procedebat, edendi miracula potestatem habebat. Ait ergo Christus: Quid mihi, & tibi mulier? scilicet in hoc, quod petis, opere miraculoso nihil rei mihi tecum est, nihil mihi, & tibi commune, cum a te edendi miracula potestatem non habeam. Et ideo dixit: Nondum venit hora mea. scilicet passionis, in qua ostendam infirmitatem, quam ex te habeo. In hac expositione illud mihi est difficile, quia prudentissima Virgo optime sciebat, Christi potestatem ad patrandam miracula e. divinitate esse, quod vero privilegio Matris, confidenter peteret; nulla dura responsione poterat fugillari: nam etiam Sancti, ac Apostoli, ut Christi amici, multa laudabiliter petierunt. Imo ad hoc Christus nos invitat, Joan. 14. n. 13; Matth. 17. num. 19.

62. Carthag. Quinto aliqui cum Joanne Carthagena tom. 2. lib. 1. homil. 4. ita rem explicant, Mariam hic esse aliquantulum reprehensam, non quod in ea aliquid reprehensibile sit, sed ad hujus eximiam charitatem in suos devotos commendandam; quae tanta est, ut pro eis intercedere non dubitet, esto se exponat, aliquam a filio repulsam pati: quod eximij amoris est idea. Haec quamvis moraliter in laudem Virginis dicta sint, litteralem sensum effugiunt, quia non explicant mysticum, & verum sensum, ob quem Christus dixit: Quid mihi, & tibi? seu, Quid rei mihi tecum est? cum alias filius ejus charissimus sit.

63. Evangelicus minister carnalem excludit affectum. Sexto genuinus sensus hujus rei est, quod Christus Dominus ore sereno, atque benigno ita aliquantulum severe locutus est, non propter Genitricem, in ea enim nihil habens reprehensionis umbram dari poterat; sed propter circumstantes, ut omnes instrueret, quod in his, quae sui muneris erant, ad Patrisque obsequium, & hominum salutem spectabant, nullo carnis, aut sanguinis affectu, sed puro tantum in Deum ducebatur respectu. Et ita quoties suspicari poterat, carnis amorem interrumpere ea, quae ad Patris negotia pertinebant, aliquantulum asperere respondit: Ut, cum esset in Doctorum disputationibus occupatus, dixit Matri Luc. 2. num. 49. Quid est, quod me quaerebatis nesciebatis, quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse. Similiter cum praedicationi Christus esset intentus, eique diceretur, Sylveira in Evang. Tom. 11:

matrem, & fratres foris stare, veluti per repulsam dixit: Quae est mater mea, & qui sum fratres mei? Matth. 12. num. 49. ut nos doceret, quod dum Patris negotia obveniunt, nihil carni, & sanguini tribuendum, sed dicendum: Quid mihi, & tibi? nam omnes carnales affectus propter Deum contemnendi, ipseque solus est respiciendus.

Hanc esse intelligentiam textus docent Divus Bernardus sermone in Dominica 2. post Epiphanius. Manifestum video, ait, quod non velut indignans aut confundere volens Virginis matris teneram verecundiam dixerit: Quid mihi, & tibi? Ut quid ergo fratres? Ut quid sic respondebat: Vique propter nos, ut conversos ad Deum, jam non felicitet cura carnalium parentum; & necessitudines illa non impediam exercitium, spirituales. Quandiu enim in mundo sumus, debitores consistat nos parentibus; ac postquam relinquimus nosmetipsos, multo magis ab eorum sollicitudine liberati sumus. Richardus de S. Victore lib. 3. de laudibus Virginis, cap. 19. Increpata, ait, Maria non est, quia omnia expertus culpa; quod filius manifestavit, faciens quod petiit. Sed propter nos, responsio illa data est, instruendos; ne spiritualibus agentis parentum curam geramus; ne ad eos nimium afficiamur, sed solum Dei spectemus gloriam. Tandem Rupertus lib. 2. in Joan. late hanc nostram sententiam explicans sic concludit, Fecit, ait, ipse prior, quod nobis faciendum praecipit: non enim alia cuiquam praecipit, quam quae ipse primus opere implevit. Praecipit autem ei, qui sese dignum esse cupit, ut propter Evangelium patrem; & matrem relinquat; & renunciet omnibus, quae possidet. Hoc igitur primus ipse fecit. Christus exemplo suo firmat doctrinam suam, qua docuit; Dei negotia preferenda esse curae carnis lux.

QUESTIO XVII.

Quare Dominus tam severe Matri responderit? Expenduntur rationes morales.

64. Nucleatis aliquibus sententiis genuinum horum verborum sensum superiori quaestione dedi: nunc ad morales rationes accedo. Et respondet primo Divus Gregorius Nyssenus oratione in illud Apostoli. 1. Corinth. 15. num. 28. Tunc & ipse filius subjectus erit ei, qui subjectus sibi omnia. Ita ait sanctus Pater: Cur enim in humana per carnem vestans natura, in puerili ipse progressus aetate, ad Matris potestatem non amplius aspici? Illa enim ipsum hortante in Cana Galilae, ut suam ostenderet potentiam in nuptiali epulo, & usum vini largiretur convivio, egentibus quidem recusavit gratificari. Maternum autem consilium, ut quod minime in tempore adhiberetur, rejectit, dicens: Quid mihi, & tibi mulier? Visne, me ante aetatem praesse, ac imperare? Nondum mea venit hora, quae praebeat aetati, ut imperet, & sui sui juris. Nato semper perjuranda Matris oratio, cur autem hic ejus postulatio videretur ingrata? Nondum praestitutam adesse horam, inquit, quae concedat aetati ut imperet, jureque dominationis utatur. Christus Dominus edum

Matth. 15. 64. Bernard. Richard. Sola dei gloria quaerenda. Rupert. Quod Christus docuit. fescit.

Nyssen. 1. Cor. 15.